



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

XIX. De episcopalibus in prouinciis ordinationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

ANNO  
 CHRISTI  
 341.

causam, non tamen eius vitio perpetrata: hic & honoris sit & ministerii particeps, dummodo nil molestus ecclesiae rebus existat, ubi ministrare cognoscitur. Quem etiam obseruare conueniet, quidquid Synodus perfecta prouinciae quod visum fuerit iudicando decreuerit.

XIX.

Episcopus praeter Synodum & praesentiam metropolitani nullatenus ordinetur. Hoc autem modis omnibus coram posito, melius quidem est ut omnes simul adsint eiusdem prouinciae sacerdotes, quos metropolitanus episcopus aduocare debet. Et si quidem omnes occurrerint, optime: quod si difficile fuerit, saltem plures adesse omnino conuenit, aut certe scriptis eiusdem sententiae comprobari: & ita sub plurimorum vel praesentia vel decreto ordinatio celebretur. Quod si secus contra definita factum fuerit, nullas ordinatio vires habeat. Si vero iuxta definitam regulam fiat, & nonnulli pro contentione propria contradicant, obtineat sententia plurimorum.

XX.

Propter utilitates ecclesiasticas, & absolutiones earum rerum, quae dubitationem controuersiamque recipiunt, optime placuit, ut per singulas quaeque prouincias bis in anno episcoporum Concilia celebrentur. Semel quidem post tertiam septimanam festi paschalis, ita ut in quarta septimana quae consequitur id est medio pentecostes, conueniat Synodus, metropolitano comprouinciales episcopos admonente. Secunda vero Synodus fiat Idibus Octo-